



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

58. An prorogato tempore, v. g. ad proferendam sententiam, censeatur
etiam prorogata obligatio parendi tali sententiæ ex vi iuramenti prius
præstiti? Ex p. 9. tr. 8. & Misc. 3. res. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

cum aquiuocatione ad decipiendos eos, non tamen posset permittere in sensu latronum, & multo minus deberet, aut posset pofta illud implere, etiam si licet, vel illicite ex animo iurasset. Et haec omnia docet Cardinalis de Lugo de iustit. 10. 2. disp. 22. sect. 8. n. 235.

RESOL. LVI.

Quidam iuravit dare meretrici pro actu fornicario certum aureos postea, et ratione prestiti iuramento tenet eos solnere?
Ei promissio facta meretrici pro actu turpi, etiam secluso iuramento, an absolute non obliget in conscientia? Ex P. 4. tr. 4. & Mifc. Ref. 27.

Sup. com. §. 1. **R**espondi negatiue, quia promissio prodiga in hac Ref. etiam iure iurando firmata obligat solum ad iusta in tr. 7. quantitatem, in qua nulla est prodigalitas, non verò Ref. 59. & in quod incrementum, vt tradit Sotus lib. 4. quæst. 7. art. 1. tom. 6. tr. 7. per ad 2. Martinus Ledesma in 2. part. quarti. 9. 18. art. 5. toram, & si §. circa 2. membrum. Mercatus de contractib. lib. 6. c. 16. Counteria si Palacio de contract. lib. 5. cap. 1. Aragon in 2. 2. q. 89. ne §. 1. & quæst. 7. Salonus in 2. 2. quæst. 62. art. 5. contravers. 4. us. nō plene. art. 7. Bannuz dub. 5. conclus. 3. & alij licet virita melius probabiliter Molina de iustit. tom. 2. disp. 27. 1. & alij pateat solum contrarium lentiatur. Itaque obligari dictum consilium huius tem per manus alterius personæ solnere tantum illam quæst. vide pecuniam summam, quam huicmodi meretricibus dare consueverunt viri eius conditionis & quales: nam cum talis promissio fuerit prodiga, etiam iuramento fuerit vallata, obligabit tantum ad illam summam, in qua nulla aderat prodigalitas.

2. Nec valer dicere cum Caietano in 2. 2. quæst. 32. art. 7. & Valentia tom. 3. disput. 5. q. 6. r. unq. 5. quod in promissione meretrici facta, licet adgit culpa, quod sit approbat actus turpis, & ad eum induxit, at in solutione post actum turpem, vt erat in casu nostro, nulla adest culpa, ergo, &c. Nam respondeo, quod hoc argumentum vim haberet, si promissio illa non fuisset prodiga, & ideo ego iuuenem illum obligari ad illam mediocrem summam, sed non procedit in tota summa promissionis prodigæ, vt est in casu de quo loquimur.

3. Nota etiam quod multi probabiliter sentiunt, vt ego ipse alibi notaui, promissionem factam meretrici solutionibus pro actu turpi absolute non obligare in conscientia præteritia, etiam post actum turpem, secluso tamen iuramento. in prima.

RESOL. LVII.

An si amans, & meretric iurant fidelitatem, nempe, vt nullam aliam personam carnaliter cognoscant, tale iuramentum obliget? Ex p. 9. tr. 8. & Mifc. 3. Ref. 9.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Sanchez 10. 1. lib. 3. cap. 15. num. 17. vbi sic ait: [Hinc dicitur, quid dicendum sit de promissione iurata, vel non iurata, qua duo concubinarii promittunt sibi fidelitatem vel solum alter alterius id est, fore vi promittens nullam aliam personam carnaliter cognoscari. Videatur enim ea promissio minime obligare; quia finis est malus nempe, amicitiam eam turpem conseruare. Sed existimo, hoc iuramentum, vel promissionem obligare; quia, ut iuramentum homini praestitum in eius favorem obliget, nihil refert, an iurans id promittendo peccari, sed tantum spectandum est, an possit impleri absque culpa. Et eadem prout ratio est de promissione humana. At obiectum huius promissionis, nempe, ad nullam aliam personam fornicando accedere, potest

impleri absque peccato; cum non sit necesse, vt id finem turpem exequitioni mandetur; & quoniam si id promittendum induxit; at re vera promissio illa est, vt merces, & stipendum ylus præteriti corporis. Sic, si o eum finem promissser illi nuprias, aut pecunias aliquam, teneretur implere. Ita ille,

2. Sed ego magis ad hæc negatiue sententia aperte tuerit Fagundez in Decalog. tom. 1. Precep. 2. lib. 2. art. 4. num. 19. Dico igitur, talera promissionem, siue iuramento confirmata sit, siue non, minime obligare. Probatum primò: quia finis huius promissionis, nempe, turpem amicitiam cum concubina futare, malus est, & de peccatum mortale; iuramentum autem ad peccatum obligare non potest, cum non sit vinculum iniquitatis. Secundò, quia ea promissio non fit, nisi vt magis, magis que in sua turpi amicitia consenserunt, in peccatoque concubinaria diutius, remotis occasiōibus, quia a tali peccato illos amouere possunt, darent, ac perlevent: promissio autem, ac iuramentum vinculum iniquitatis esse non potest; tali autem est, ut ad hoc obligaret. Quemadmodum enim si quis iuraret ei promitteret se non remotorum occasions peccandi, tali promissio, & iuramentum non obligaret; ita nec hoc iuramentum, aut promissio obligat, eum perinde fit iurare hoc, ac illud, ut patet. Nec obstat, quod obiectum talia promissionis, nempe, non accedere ad aliam, impedit possit absque peccato, in modo quod non possit non impleti sine peccato: quia, quando dicimus, in promissionibus, & iuramentis solum esse attendendum, an exequatio illorum sit licita, vt obligare censeamus, intelligendum est, modò inde nullum peccatum inconveniens sequatur: hic autem sequitur, vt manifestum probatum est. Et quanvis peccatum committi debet, si non impletur promissio, facit est, ut ea non valat, quod firmitas illius habita ex iuramento sit occasio permanendi in peccato, & vt dicamus non debet dari, ne iuramentum sit vinculum iniquitatis.

RESOL. LVIII.

An prorogato tempore, v.g. ad preferendam sententiam, censetur etiam prorogata obligatio parendi tali sententia ex vi iuramenti prius prefallisit. Ex p. 9. tr. 8. & Mifc. 3. Ref. 7.

§. 1. **N**egatiuè respondet Azot, tom. 1. lib. 11. c. 8. quæst. 12. ex cap. Clericus de iurandis. Vbi deceruit Pontifex Clericum, qui iuravit, se fianco edicta in Ecclesia sua seruaturum, promittens per idem iurandum statutum postea editum fideliter obseruantur, licet praestare debuerat promissum, non tamen vi præstiti iuris iurandi ad id fuisse obligatum. Et Abbas Antonius Butrius, & alij ibi annotarunt iurandum ad noua, aut futura non protendi. Vnde, si famulus cum domino conuenierit, & conventionem primo iuraverit, & postea, id domino exigente, iurandum primum ad alia extenderit, non extendit, vt ait Abbas in cap. Clericus, de iurant. Archidiaconom fecatus. Item, si quippiam aliquis domino iurando dixerit, & deinde aliud per iurandum antiquum mendaciter affirmaverit, & mendax est, perinus non item, vt idem Abbas ait. Præterea, si Notario, vel Iudici deuri facultas, vt instrumentum, vel syngrapham, aut chirographum extendit ad alia; non eo ipso iurandum ad alia protendit, licet instrumentum vna cum iurando ad alia iuratur, vt docent Antonius, & Abbas cap. Clericus de iurant. nisi in his omnibus denio iurauerit, aut nisi ei expressum dicatur: Iura per primum iurandum, hoc est, per formulam in primo iurando conceptam, Iura per primum iurandum, sicut per lacram rem, vt ait Abbas loco citato.

De Voto, & Iuramento, &c. Ref LIX. &c. 77

2. At his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Suarez de relig. tom. 2. lib. 2. de iur. promis. cap. 36. num. 7. iuncto num. 8 & num. 14. Quia, cum de consensi partium sit protogatio temporis compromissio, non sit nouum pactum in substantia, ut volunt Autores contrarii; sed illud idem differtur, prorogatur, & committatur in maius tempus: & ideo totum ipsum pactum, propterea erat iuramento affectum, prorogatur quia nulla est ratio separandi pactum a iuramento, nec est incompossibilitas in continuatione eiusdem pacti, & iuramentum ibi non fiat ex senso iuramento ad nouam materiam; sed continuatio eiusdem iuramenti circa eandem materiam continuatur: maximè quia cum iuramento adherat promissio, tanquam accessoriū principali; prorogato principali, censetur prorogari accessoriū. Secundū probatur, & declaratur magis: quia, quoties prorogatur, seu committatur iuramento, sive ex consensu partium, sine autoritate Iudicis, id, in quo fit committatio, cadit sub eadem obligatione iuramenti; alias non esset committatio, nec prorogatio; sed nova promissio, nouum pactum & extensio prioris pacti. Consequens est fallum ergo.

3. Et quidem haec opinio videtur probabilior: sententiam tamen Azorij puto etiam probabilem esse, quam postea secutus est Sanchez in Summa. tom. 1. lib. 2. c. 17. num. 23. & de hac questione late, & docebat scribit Couarruicias de partibus, par. 1. n. 6.

RESOL. LIX.

De iuramento seruandi statuta, seu capitula ciuitatum, collegiorum, &c.
Et pro praxi huius questionis aliqui casus adducuntur & norantur in textu huius Resolutionis. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 39.

Op. hoc in §. 1. Si supradicta statuta sunt in vsu, nulla indigent probatione, non obseruantes illa esse perius, ut patet ex cap. querelam, & toto cit. de iure. Si vero aliqua statuta in disputationem abierint, vel vsu recepta non fuerint, tunc illa non obseruantes perius non sunt. Nam, ut recte notant Megala conf. 81. n. 1. Gutierrez de iuram. confirmat. part. 1. cap. 18. n. 14. Gomez in leg. Tauri. num. 365. & 66 Sanchez in summa. 10. 1. lib. 2. cap. 14. num. 9. Portel in addit. ad dabis Regul. ver. iuramentum. numer. 22. Malderus in 22. D. Thoma. tract. 10. cap. 6. dub. 9. Homobonus in exam. Eccles. part. 1. tractat. 7. cap. 9. quest. 46. & alij penes ipsos, iuramentum de seruandis statutis non extendi ad statuta moribus yentientia non recepta, vel quae per contrariam conseruandinem abrogata sunt. Hinc infertur Gubernatores Tabula huius vrbis non esset perius mutuando pecuniam Ciuitati, nam Capitulum id prohibens non fuit vsu receptum, & in disputationem abiit: & si etiam dicendum est de Praetoribus huius vrbis, qui aliqua capitula Ciuitatis non obseruant, quae in disputationem abierint.

2. Notandum est etiam hic obiter contra Megalan vbi supra. n. 4: tunc materiam statuti iurari esse grauem, ut constitutum periusum mortale, quando tanti momenti est, ut iuramento secluso statutum sua materia ratione sufficiens esset ad obligationem sub mortali. Et ita docet Sanchez loc. cit. n. 3: hinc transgredientes statuta iurata decernentia facienda aut omnitemendum aliquid sub aliqua pena, non peccare dicendum est.

3. Nota etiam, quod quando statutum iuratum recocetur per potentes reuocare, tunc illud non seruans non esse periusum, dicendum est: quia non amplius obligat, & ideo cessabit iuramentum. Ita Sanchez vbi supra. 10. cum Caetano 2. 2. q. 89. art. 9. Soto lib. 8. de iur. 9. 1. art. 9. & alii,

Tom. VIII.

4. Vnde infertur, in rigore loquendo, Praetores huius vrbis non peccare, neque esse perius, quando Dominus Protex cum aliquo actu vice regio dispensat pro illa vice, ut aliquid efficiat, non obstante aliquo Capitulo ciuitatis in contrarium, vt v.g. fiat electio ad aliquod officium sine usu in solo, ut vulgo dicitur, &c. licet hoc Domini Proreges efficeremini minime debent, & ideo Praetores in tali calo expoliant Proregibus inconvenientia, quae sequuntur ex supradictis dispensationibus, ut nihil timeant.

RESOL. LX.

In multis religionibus extant pendencia, & statuta, in quibus Nostris, Commissariz, & exercitū iustitia ad ministeris taxa a sunt stipendiis queritur, an modo obligent, in conscientia, virtute iuramenti stante varietate temporum & circumstanziarum: Ex p. 2. tr. 7. & Misc. 5. Ref. co.

§. 1. Respondeo negatiū. Ita Molina de iust. tom. 1. sup. hoc in Ref. seq. & in scholasticas. 7. qui citat D. Antonin. part. 2. tit. 7. c. 5. §. 1. & p. 3. cit. 3. c. 6. & Sylvestrum ver. refit. 3. 7. 5. cursim in si- ne, sed vide can per ro- ne. Nam nisi illa leges iustum pretium contineant pro varietate temporum, & inexti illam mutentur, tam & in ro- in iusta sit, & iuste poterit tabellio accipere sibi in- 2. tr. 1. ex ref. clementum, usque ad limites iusti pretij. Sciendum est 2. vide ob- enim, crescente pecunia decrecere valorem illius ad lectio nem quan- addo- ceteras res pecunia comparandas, atque adeo crescere cirCaramuel valorem ceterarum rerum compensatione pecunia. in §. Sun. & Vnde cum his temporibus, quod non erat antiquitus, §. vlt. adver- sum. doctrinam huius Ref. fieri potest, ut pretium olim iustum, nunc sit infra iustum infimum: hanc etiam opinionem tenet Tolet, in sum. lib. 5. c. 62. n. 7. vbi afferit: Notarium non debere excedere pretium iustum instrumenti, hoc autem est fre- quenter lege taxatum. In qua taxatione, notandum est apud alias regiones exigere taxationes has secundum pretiam vilissima, quia sunt antiquissima, quando res minimo pretio emebant, & tunc ipsa officia minus multo valebant, modò autem multum valent. Et quanvis iuste possit Notarius excedere illa taxata pretia, tamen vnum obstat, nimirum iuramentum; quod singulis annis, aut in principio officij facit, puta obseruandi illam taxationem, ob id peccat transgrediendo. Vnde sanctissime facerent Principes si pretium convenientis habita temporum, & regionum ratione imponerent, aut tale iuramentum, quo multi illaqueantur, auferrent. Hæc Toler, quem sequitur Reginald. in praxi, tom. 1. lib. 25. 6. 57. p. 7. n. 903.

2. Verum ego puto, contra Toletum, neque Notarium, neque alios ministros virtute iuramenti temeri ad obseruanda ea statuta, & illas Pandectas; & ideo non peccare, quia in disputationem abierunt, vt iniusta, & illud iuramentum est de solis statutis seruandis, quatenus ea obligant. Ergo, si ex aliqua causa obligare desinunt, cessabit iuramenti obligatio, eo quod iam illa non sunt statuta, & iuramentum fuit illis accessoriū, quatenus statuta erant. Igitur iuramentum aliquod seruandi statutum intelligitur, quatenus illud iustum est, & obligatorium, non ergo obligavit illud iuramentum ad eam taxam, quatenus iniulta est; & ita hanc opinionem in terminis tenet Sanchez in opere morali tom. 1. lib. 3. c. 14. n. 14. & Molfes. in sum. to. 2. tr. 12. c. 5. n. 67.

RESOL. LXI.

An Tabelliones, & alij iustitia ministri iurando non
H 3 accipere